

Mant.

Comites nos oculis huius  
Effe decet.

Ut cum illis videamus patrias sedes pro merito tantæ, & tantorum carptæ peregrinationis.

13 Serva enim dicitur Virginis anima in huiusmodi relegatione. At quomodo servitus animæ? *Anima incola* proponitur à David. Anima ligata à Paulo: *Alligatus Spiritu vado*. Serva dicitur anima, quæ incolat; igitur transiit in acriorem speciem servitutis, quæ apparet relegationis. Acriorem, & merito iudico pœnam, dum pertransiit usque ad animam. Verum semper in clivo difficultas. Anima immediatè haud operatur, nec vincit (nisi in corpore) iacet, neque in libertatem dimittitur. Unde ergo illi, vel libertas, vel captivitas, ut ex exilio proveniat gravem servitutis? Ex potentij. Dicit Oteas: *Ligavit spiritus in alis suis*. Alz spiritus sunt, in facultatibus spiritualibus, quæ promptè innatis operationibus. Voluntate libertate huiusmodi animæ nobiliores potentia, quantumvis cruciatus pœnarum sedeant in corde: & in exilio Virginis, & ligatæ sunt animæ veloces alz; quia ex exilio servæ etiam illius potentia.

Huius servitutis exemplum patet in pane Eucharistico. Ad memoriam necessaria species obiecti propria; quippe erit falsa, si aliena: & claret hic memoria dulcis servitutis insignibus, dum Christus proponitur sub diversis speciebus. Ad voluntatem pertinet indifferencia, quia sine libertate omnia munia involuntaria: & in Sacramento Corporis Christi voluntas laudandam exhibet servitatem: quia bonum famam, uti summum bonum à libertate subripit libertatem. Ad intellectum spectat denique comprehendere, quod cognoscit: & ultro in augustiore Sacramento cedit: quippe haud esset incomprehensibilis Eucharistia percipio, ni maneret cognoscens sine facultate subtilior ratio. Hic est triumphus Eucharistia, ubi spiritus ligantur alz; quoniam cedunt obsequiosè tres potentia. Erit ne Virgini huiusmodi servitus? Et etiam vidimus. Propter Filium cæcè subiecit rationem, uti diximus *Tautolog. 5. Didasc. 9.* Propter Spontaneè voluntatem, sicut diversivinus supr. Ad memoriam? Propter se. Verum quomodo? Facit.

14 Exilium populi lamentatur Ieremias, uti notant plures hic. Leges Sanctium: & gemitus imo de pectore profertens, inquit: *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea*. Huius cladis Israël, ubi eminet transmigration, *Memoria memor*

ero. Quis memor sine memoria, ut memoria recolarit transmigrationis lamentabilis pœna? Ad quid igitur facultas innotuit potentia, si patet necessaria, vel in exhibitione levi exercitij? Proman. Est memoria servitutis, & est servitus memoria. Primà patitur corpus, secundà cruciatur animus. Corpus, quia moritur, & patet terra. Animus, quia urgetur, & tabescit anima: unde in hoc labyrintho cruciaminum (ubi exponitur exilium) animam exhibet, & intinè faciãsq; quippe propter exilium memoriam etiam contemplantur servam.

Clarius cum causa. Philosophi haud distinguunt memoriam intellectivam ab intellectu, nisi penes expressionem retentionis habitus specierum (quasi è thesauro præteritorum, ut præteritorum) cuius actus est intelligentia, qui nascitur a memoria. Ita D. Th. 1. p. q. 79. art. 7. in corp. Memor esse cum memoria, est scire pœnam, & ignorare cruciaminum finem. Memor esse cum intellectu, est scire cum sine labore: & in servitute propter exilium filiorum Israël, quæ tabescebat anima, memor est Propheta memoria; quia licet populum videbat à patria exilem, nesciebat in exilio exilij consummationem. *Alligatus Spiritu vado in Ierusalem, que in ea ventura sunt mihi ignorans*: dicebat Paulus. Spiritu alligatus: Utique: corpus enim, & non anima constringeretur ita diris catenis, ni ignoraret in labore, est summo, finem laboris.

15 In Ægyptum peregrinantur Maria, & locia memoria serva. Unde ergo servitus etiam memoria in tanta calamitate? Dicit Mattheus. Decretum ab Angelo intimatur Iosepho (cuius per illum particeps Virgo) qui audivit: *Fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi*. Patent vincula memoriz. Hoc erat gladius pendulus à Dionysio tyranno excogitatus, saxum Phlegya, roca Ixionis (ubi pœna irruit, sequiturque sequentem) digitique manus scribens contra candelabrum vitæ, quin legerentur characteres in subsidium animæ. *Uque dum dicam tibi*? Summus dolor. Si finis cognoscere exilij gravis, memor esset Virgo exilij cum potentia intellectiõnis: & memor est anima tabescens memoria, in singulari relegationis circumstantia; quippequam memoriz semper prævalebat servitus, usque dum diceret Angelus. Haud interrogavit: *Quando hæc erunt? Quod signum adventus tui*? Remissior esset perfectio cum scientia finis perfectionum. Gravior est malum: & celantur in exilio momenta temporis, ut memoria retrudatur in vinculum servitutis.

Quid in-  
ter me-  
moriam  
servitu-  
tis, & ser-  
vitutem me-  
mori-  
æ?

Ignoran-  
tia finis  
laborum,  
acrius  
tormenta.

A. Q. 20.  
22.

Matt. 24  
13.

Summus  
dolor.

On-

DIDASCALIA XI.

Quod non dedit fortuna, non eripit.

1 Nquit Seneca *Epist. 59.* Habet potestatem in munera, nõ in merita. Unde Menander ingeniosè, & merito canit: *Miserabilis est gloria vana nihil*. Improbè dignus honoris spectare poterit gloriam, ni fuerit cacumen extra fortunam. Rutilat splendor dignitatum, si habet fundamentum in columna meritorum. *Non erunt honores unquam fortuiti muneris*. Concinnit Aufonius in *Ludo sept. Sapient.* Quicquid fortuitum, non est honoris, quantumvis habeat auctorament muneris: quia nequit esse meritorum gloria, quod omnino pendet à furiosa fortuna: dignus enim non gloriaretur quàmapte meritis, si gloriaretur fortuitis.

Substitut animo descriptio munerum facta à Luca. *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Casaris*, & cætera cætera sceleratorum, *Sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium*. Nihil Evangelista de Ioannis dignitate loquitur, quam relictis cognoscebat superiorem; & referens indignam reliquorum dignitatem. Cur ergo de digno dignitas subicitur, dum indignorum sublimitas prædicatur? Ut aliquis ignotum cognosceatur ab homine, exponitur sensibus quod magis insigne: & Ioannis Præcursoris prætermittit dignitas, ubi sceleratorum grandis profertur maiestas; quia indigni cognosceantur dignitatibus, verum qui digni, cognosceantur operibus. Vernacule: *Unos por la dignidad, otros por el proceder*. Ioannes predicacione, poenitentia, sanctitate; Annas, & Caiphas sacerdotio, Tiberius imperio, & reliqui principatu. Vergebat in interitum regnum Israël; sed (ait Egellipus de *Excid. Hier. cap. 6.*) quod sacerdotia, & pontificatus maximus non nisi ad homines ineptos, indoctos, atque avaros desierunt. Plures meritorum commendationes, sed nulla merita: ampla culmina, sed ampliora vitia: inepti, indocti; sed electi. Tot habuerunt suffragia, quod sceleratorum stigmata, quot flagitia: & prædicatio Ioannis tantum dicitur, cum splendor criminoforum in caduro describitur; quoniam digni fulgent meritis, & indigni splendore dignitatis. Fallor sanè. Satiùs dixerim,

Psa'm.  
119. 6.  
Calsio.

Anima  
servituti.

Geneb.  
Et capti-  
vitas me  
moriz.

A. Qor.  
ubi sup.

Alap.

16 Omnis creatura ingemiscit, & paritur usque adhuc. Quid ergo? Dicit querulus David: *Multum incola fuit anima mea*. De exilio queritur, quia non solum longus, sed & gravis: ait hic Calsiodorus. Longus, & gravis, crescente anima servitute in exilio; ex exilij cruciamine, cum locia cogitatione. Insistunt in incolatu signa cruciaminis, verum non consummationis; & nullum acrius tormentum inter acerba pœnarum, quam ignorare in exilio. Quando hæc erant? De incolatu animæ in corpore intelligit Lyra hic huiusmodi querimoniam. Aprè quidem: omnes enim peregrinamur à Domino, quousque in patriam perveniamus favore mortalitatis, quippe peregrinatio brevis, aut longa iuxta vitam hominis: & Vates Regius non ita queritur de incolatu peregrinationis, sicut de gravitate longissimæ servitutis: quippe in exilio vitæ, præstat maior molestiarum; ignorete, quando vel ubi consummandum vitæ exilium.

Exilium dantaxat à Davide dicitur, & servitus dira à Genebarado peregrinatio signatur: *De captivitate propter absentiam terra sanctæ*. Absentia terræ sanctæ, licet alta mente reponatur in memoria, est tantum exilij pœna: quomodo ergo dolor peregrinationis, innotescit tormentum captivitatis? In exilio sustinet pœnam memoria, ignoto sine peregrinationis: & memoria manet serva; igitur cum ignoret temporis exilij finem, exilium in anima pertransit captivitatem.

17 Adhuc exponenda magis auctoritas Pauli. Vadit *alligatus spiritus in Ierusalem, ignorans*. Cur ergo ignorans, & ita ligatus vadit in Ierusalem? *Ut ante migrationem Beatam Virginem salutaret*: inquit Alapide hic, & cap. 21. vers. 17. Quid ergo ex conspectu Virginis profectus Gentium Doctoris? Perpende: Sciebat Paulus servitute corporis in miseria carnis: ideo dicit, *Vincula, & tribulationes*. Nesciebat servitute mentis: quapropter addit, *Que ventera sunt ignorans*. Haud poterat simul captivitatem, & libertatem animæ in semetipso concipere: & transijt in Ierusalem, ut videret faciem Dei genitricis, in cuius anima inerat huius exemplar singularis servitutis: igitur cum Angelus exilij haud prænuñciaret finem animæ ex exilio propter absentiam terræ sanctæ transijt in captivitatem.

\*\*\*  
\*\*\*

Seneca

Menand.  
Sori. potest  
in munera,  
non in  
merita.  
Ostar.  
Strad.  
Aufon.  
Non est  
meritorum  
gloria,  
qua pen-  
det à for-  
tuna.

Lac. 22  
1. 2.

Indigni  
cognos-  
ceantur  
dignita-  
tibus, &  
digni opo-  
ribus.

Egellip

Videntur  
indigni-  
tates in  
speculo  
honoris

Psa'm.  
119. 6.  
A. Qor.  
20 22.  
Quomo-  
do ani-  
ma inco-  
la, & ser-  
vat

Ote. 4.  
29.

Exem-  
plum  
servituti  
in Sa-  
cramento  
Eucha-  
ristia.

Exem-  
plum  
in Sa-  
cramento  
Eucha-  
ristia.

in ineptis fulgent indignitates per translucentiam crystallum indigni honoris: etenim ut succinit Billius in Sac. Anabolog. nil aliud sunt in superiore dignitate, nisi

Jacob. Bill.

Gen. 3. 16.

Indignus vel in dominatione non dominus

Exod. 34. 6.

Iud. v. 4.

1. Reg. 2. 1. 1.

Merita habent munera.

Ornantur a fortuna, qua creditrix splendorum; & cum furori lubet, denudantur in ludibrium: siquidem in dignitate, potestate dominantur, sed non sunt domini.

2 Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, dicitur mulieri in poenam pecculi. Et potestas, & dominatio viri exponitur: ad quid geminatur lex dominationis, si expressum ius potestatis? Nonne potestas idem cum dominatione? Minime. Ineptus assumptus ad dominationem, habet in dominatione potestatem; verum non habet in ingrata potestate dominationem: quoniam dignitas est meriti, & non fortunae, seu placiti eligentis in iniuriam digni, & dignitatis, ac in obsequium lubidinis. Meditantes ergo distinguuntur potestatis lex, & dominationis ius; ut dominetur in potestate, qui dignus: siquidem indignus in potestate, vel dominans nequaquam dominus. In hunc sensum torquere possumus dominationem, & dominiam, expressa simul sepe in Sacra pagina. Moyses dicit: Dominator Domine: quod inculcat Isaias cap. 3. v. 1. & cap. 10. v. 16. denique Iudas Apost. v. 4. Dominatorem, & Dominum nostrum: ut videmus in Liter. Exposit. Haud epitalis est domini, sed ius meriti, & commertii: dignitas meritis nubit, indignos expuit: & dicuntur in decus, & splendorem dignitatis, Domini, & dominationes: quippequam digni, licet non domini, dominantur; & indigni, licet domini, a dignitate expelluntur.

3 Locum non incongruum habebat hic electio Mathiae in Apostolum, ut Iudas indignus abiret in locum suum; quandoquidem numero tantum implebat numerum ad subilem dignitatem, & fortitudo erat ministerij duntaxat fortem: de quo Nos suo loco. Subit mentem plausos David, & meritorum pretiositas, etiam apud alienigenas. Fugit strenuus dux a facie Saul, & venit ad Achis Regem Geth, quo viso, dixerunt servi: Numquid non iste est David Rex terre? Qua lege David plauditur ut Rex, si fugit Regem Saul? Cuiusnam terrae erat Rex? Non Gethicæ, ubi regnabat Achis, ad quem confugit: non Israëliticæ, ubi dominabatur Saul, a quo fugit. Cuius ergo Israëliticæ? Sanè. Opus erat privatione regnantis, ut David tolleretur in saltigium tanti honoris. Nullo modo. Merita referunt, dum Regem dicunt: Nonne huic car-

tabant per choros: (inquit) Percussit David decem millia? Iuxta regulam iustae electionis constituunt Principem etiam extra potestatem: & Regem non vocant Regem, & plaudunt Principem subditum, illustri commendatione meritorum: siquidem David quia dignus regnabat, & non regebat; & Saul quia indignus, regebat: sed non regnabat. Dissidebant potestas, & dominatio extra thronum, & in throno: dominus erat David, & Dominator Saul: alius habebat potestatem, & alius dominationem: & Rex dicitur, qui non dum habebat habenas regni, expulso Rege ab honore, & sedente in maiestate; quoniam non habet dignitatem, qui habet, sed qui meretur habere. Merita potant munera: & etiam alienigena (vel fedente Rege in folio dignitatis, quia sedebat indignè) concessit meritis.

Illustrat huiusmodi sanam doctrinam, quam filij huius saeculi vocant (suo sensu prudentiores) insipientiam; Sancti, Patriarcha, & Legislator Benedictus Regul. Sancti, cap. 2. ubi vigilantem, & examinatè ait: Abbas, qui praesesse dignus est. Non dicit: Abbas, qui praesit: sed qui praesit dignus; quippequam plures possunt praesit, & praesit non possunt, quia non sunt digni. Praesit tantum, qui dignus est. Habet potestatem, verum non dominationem ineptus; etenim non praesit praes, si non dignus. Dignitas tunc non collata benemerito à prudentia, sed à prodiga fortuna; quae caecè fludet, ut perficiat monstra: unde insulatus sibi placens sine meritis in dignitate, cæteris fulget in culmine smia testi. Rapi fortuna, quæ dedit: & vel illa ridet; quia solutus debitis, ære alieno gravatur, & manet implumis merito, qui auctoratus erat, & notissimus officio. Meritum dicitur à Merito, quod significat militare, ut videtur, maxime apud Corn. Tacitum in Anal. Cicer. in Verrem. 7. & Titum Livium lib. 1. Decad. 3. Conferuntur merita commendatione dorum, & nequaquam splendore munerum; siquidem non dignus qui praesit, sed qui praesit dignus: peperamque in throno maiestatis fulgore fulget, qui pro illa sub vexillo dignitatis nonquam meruit. Tabescit dignitas quasi subacta, eò quod qui nullatenus militavit, militantis recipit stipendia: & indignum afficit ignominia, dum exaltatur in gloria.

4 Certum est, gloriam dari per gratiam, quia semen gloriae, quo sumus confortes divinae naturae: at quid ex impossibili parte gloriae sine gratia? Quid homini in-

Ibid.

Non habet dignitatem qui habet: sed qui meretur habere.

S. Benedicti.

Praesit, qui dignus.

Fortune rapit quæ dedit, ut tunc ridet.

Non est dignus, qui non meruit.

In indigno gloria, non gloria, sed ignominia.

Merita possident munera.

Math. 5. 3.

Gloria maior est in gratia quam in gloria.

Hebr. 4. 26.

Non fiat amplius gloria in felicitate sed in merito concessa.

huiusmodi desperata, seu potius desperata fortuna? Fortunam esse, non gloriam. Felix esset sine felicitate, beatus sine beatitudine, miser summo bono, tristis amplissimo gaudio, infansus fortuna plena, fortunatus forte iniqua, abiectus dignitate, cæcus visione, despiciabilis auctoramine, malus bono, bonus malo; despectus honoratus, imus & summus. Frueretur utique luce, sine fulgore: violentus esset in eximia dignitate: thronus esset dedecori: incunditas anxietati; & auctoritas despectui: cur ergo? Dignitas tunc conferretur non meritis, sed sorte de plenitudine potestatis: esset fortiter in inepto, gloria in indigno: & quantumlibet pro labito conferentis obtineret maiestatem summam throni; sine merito gratia (uno verbo) esset fortuna, non beatitudinis gloria. Vide DD. Scholasticos apud Magistr. Sent. in 2. distinct. 26.

Ratio theologica clauditur in eo quod homo illo in statu cum tanta felicitate, caretet principio meriti: esset felix, nascens beatitudinem; sed indignus, obtinendi illam felicitatem: & throni gloriae non attribuitur forti consecutionis, sed deprecantibus meritis. Beatos vocat Christus plures, adhuc in calamitate huius mundi degentes: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. In mundo est præclarum meritum: in caelo præmium, inigne meritorum: & dicit beatos adhuc in calamitate, non ex gloria, sed ex gratia merito gloriae; quippe in mundo pro merita est beatitudo; licet merces sit in caelo. Esset tunc homo felix, quia sedebat in fede maiestatis, quia rutilabat maiestate sedis; sed pondus magnitudinis, & gloriae esset prorsum specimen ignominie, quoniam amplior honor dignitatis est dedecus sine meritis.

5 Intendite. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: dicebat Paulus. Thronum gratiae: est gratia thronus: Deus thronum habet in gloria: quomodo igitur collocatur in gratia? Dominus in caelo sedes eius, quippe caelum caeli Domino: quoniam via dixit vertex Theologorum Paulus thronum gratiae, cum proferre debuisset thronum gloriae? Aptè, vigilantique acumine vertit verba, ut contrapositione meditata clarescant munera. In gloria consequitur præmium, qui decessit in gratia: cum gratia meretur præmium, qui pervenit ad gloriam. Cum gratia meretur: & non dicit Doctor Gentium thronum gloriae, sed thronum gratiae; quoniam (inter eximia dona, commendabilia munera, quos homines faulstè dignantur à Deo) plausus, & spectata-

Tom. I. Taut.

illis magnitudo non est in possessione felicitatis; sed in meritis concessae beatitudinis: non in pretio munerum, sed in pretio meritorum: nequaquam in concessa beatitudine, sed in meritis concessae. Thronus nictior est in meritis, non in meritorum signis: ac ingeniosè dicitur thronus gratiae, pro throno gloriae; quippe licet gloria sit insignè beneficium, & oprabile præmium; maioris æstimatur quàm præmium, quàm quàm summum beneficium: pluris quàm iusticia, quàm quàm gratia: pluris gratia, quàm gloria; quia non pluris, quatenus beneficium misericordis Patris; sed quatenus præmium iusti pro meritis iudicis.

Insuper. Gratia mereri non potest, sed gloria potest mereri pro gratiam, & meretur. Documentum erga gratias, & officia proponitur. Gratia, quæ à Principibus fiant, conferuntur in gloriam: ergo dignati debent habere gratiam (id est merita) ad obtinenda munera; quia vacuis meritis ignominia, & non gloria. Gratiarum, seu officiorum distributio non debet esse, sicut in ludo talorum, prout iacuerint; sed prout merita postularint: non quatenus sunt beneficia, sed quatenus præmia: mutatque thronus gloriae in splendorem gratiae; quia non debent concedi industriae artificiosa fortunatorum, sed studio & labori promerentium. Meritoria artificia sunt: ait Senec. Epist. 88. & Princeps agat curam, ut quæ artificia, nequaquam sint meritoria.

6 Statua Dagon coram Arca cecidit è sublimi. Ruina quid novi? Congruit ruina, ubi eminebat in fastigio dignitatis statua. Solium occupabat idolum, & corruit (ut Arca ascendere) simulachrum: siquidem dignum, quod præclarè meritis ascendat, & indignus corruat. Nonne Dagon in throno, & ad thronum indignus, dum deserbitur truncus? Dum ruit, & iacebat, dicitur: Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Locus eius tunc in terra: & dicitur locus proprius, non thronus in dignitate; etenim locus proprius indignorum est iacere. Nullus deicit: ipse coram digno spontè corruit: abstulit fortuna, quæ indulst cæcis truncum in thronum subiecit, ut lapsu maiori rueret. Levit. est, (ait P. Syrus) repositus quæ dedit. Senec. in Agamem. Act. 1. v. 100.

Quicquid in altum fortuna tulit, ruitura levat. Verum qua arte? Designat Ovidius ad Liviam.

Quaque ruit, furibunda ruit. Corruit merito Dagon. Quem Invenierunt iacent.

Pluris æstimatur beneficia, quæ tenus præmia.

Munera sunt merita artificiosa.

Senec.

Status in culmine digna ruina.

1. Reg. 5. 5.

Locus proprius indignorum est iacere. P. Syrus.

Senec. Fortuna furibunda Ovid.

1b. v. 4.

Adorant dignitate non Principem.

Abul.

Ar. ambitioni.

Summa pervicacia, habere frontem ad effugiendum dignitatem, sine capite ad regionem.

Ab. v. 3.

vers. 5.

Tacet sine dignitate digni, quis sine capite.

Ab. Esdr. 1. 4. Concor. dia regnum est.

insententia super faciem suam in terra coram Arca. Perpende frequentia: Caput autem Dagon, & dua palma manuum eius abscessa erant: porro Dagon solus truncus remanserat. Si caput abscessum, & positum iuxta limen, quomodo iacebat super faciem? Facies in capite est: quo ingenio facies sine fronte, & sine capite? Pronus iacebat (inquit Abulensis hic) quasi adorans Arcam. Rursum in thronum cupiebat accedere: denuo satagebat de culmine, & non dicitur: Adorans Arcam, sed quasi adorans: quippe pronitate fingens adorationem, adorabat dignitatem. Silentio obsequioso loquens, adorationis lingua ambebat truncus supremas: & gaudet aperta fronte, etiam iacens sine capite. Oh! Ecce ambitionis impudentia, & ignorantia stultissimae pervicacia: nimirum, habere ad regimen petendam perfrectam faciem; quin caput habeat ad regimen. Aptius Hispanissimo: Es descoco, que tenga cara para pedir, el que no tiene cabeza para mandar.

Hinc patet quantum vel erga a se totos valeat indignitas, & in affectus oculati cordis aggravet amoris cecitas. Corruit primo Dagon, sed Restituerunt eum in locum suum. Iterum labitur, sed non restituerunt eum. Cur igitur qui prius vel dignatione, vel necessitudine amicum iacentem elevavit: secundo meditantur praterierunt? Suggestit textus. Primo iactu integer, infractus videbatur, quanvis iacebat. Secundo, capite abscesso, Solus truncus remanserat: & denuo cordati abdicunt, quem prius propositum in culmen dignitatis restituerunt; ut clareret in primo amicitiae necessitudo, ac in secundo suffragij iustificatio: igitur iacentem non sollevant, sicut primitus fecerunt; non quia iacebat (quod opus fortunae) sed quia iacebat, & merito sine capite. Sine capite erat, & regimen postulabat. O bone Deus! Quot petitiones huiusmodi, involute adoratione? Cum his ludit cogitatio, & per sepe illudie philautiae philtro, ita inaniter, & iocose in circuitu phantasiae; ut cum illis videtur ad regimen totius mundi caput habere, periret profecto capitis cogitatio regimine. Vide quae diximus Tautol. 1. Didasc. 12. num. 6. Adhuc est magis quod iudicium doleat: scilicet, quod hoc iudicium aliquando praevalcat.

7 Vidit Esdras aquilam, cui duodecim alae, & capita tria: Capita eius erant quiescentia, & dimidium caput erat manus aliorum capitum. Dimidium hic, id est medicum significat, ut patet v. 29. Verbum prorsus inositatum, sed in significationem ambitionis mirificum. Dimidium dicitur caput me-

dium; quia ubi plura capita, non est caput. Dimidium, quippe non caput, ubi Reipublicae divisatunt capita, maxime in regimine quiescentia. Erunt sicut vulpes Samonis in excidium egressae, ligatis caudis. Dividi non possunt, & Rempublicam comburant. Dimidium caput. Nonne monstruosum, quod dimidium caput esset medium? Nonne propudium, quod in medio staret caput, quod dimidium? Capita erant quiescentia. Patet in dimidio petulantis ambitionis nota: siquidem ut dimidium esset medium, vigilabat in cacumen; cum alia capita quiescerent. Vigilabat, dum capita habebant pennas regimiae dignas, an ut sederet medium dimidium, posset assumere pennas. Dimidium caput. Caput consistunt, ut regat: ideo in superiori loco. Aptius esse nullum caput, quam dimidium in imperio: dimittendum erat, ut iaceret; ne dimidia prudentia vel differens ineptiret: atque in lamentationem meritorium, dolet, penalis esse malus alioquem caputem, quod omnino dimidium.

3 Huiusmodi conferentia videtur respicere in Martha, & Maria. Quod in illis optimum, sanctum, est ambientium & rivalium dignitatum, artificium. Vita activa, & contemplativa in his signatur, agentium scilicet, & cogitantium. Martha satagebat circa frequens ministerium: Maria Sedebat; sed de hac dicitur: Optimam partem elegit. Invidenda prorsus spiritaliter exercitia; sed in mundo patet errorum semita: igitur eligitur ut optimum meritum contemplari, ad culmina dignitatum; & nihil agere circa frequens ministerium: unde dum explorantur merita ministerijs, ostenditur ut optimum, meritum contemplationis; quoniam in ambitionis studium, strophis est plurimum intellectum, sed circa ministeria nihil factum. Martha agit, Magdalene autem contemplatione sedet: quid quod huc quaeratur meritum; si contemplari tantum plauditur optimum? Erit ne sana dignitatum distributio, ubi adipiscitur qui fedet, & dimittitur frigide, qui circa ministerium agit, & fatagit? Opera sunt merita, & merita prima: quoniam conferentis dedecus summum, si quod meritis, impendat merito contemplationum.

9 Defecit ad Magistro, qui Princeps futurus in collegio. Ingenium dotum sulget, siquidem inquitur, vel ubi iacet. Verum ministri Angelici dixerunt feminis, de corpore Christi curiosis: Ite, dicitis discipulis eius, & Petro, quis praecedit vos in Galileam. Petrus non est discipulus? Est

Ruing Respublicae Superiore dimidio ca pte.

Ambitio carpitae

Inc. 10. 40. v. 39. & 42.

Facit meritum ubi praevalt ostentatio suadivum.

Opera sunt merita, & minime contemplationis phantasmata.

Marc. 16. 7.

Conferuntur dignitate non respectu contemplationis, sed meritis.

Evanescent memoria in centis.

1. Reg. 5. 3.

vers. 4.

Gratia postquam truncus, & sine capite, elevatur ad thronum.

vers. 3.

cur ergo dehonoratum? Quia discipulus meretur. Descendit a sede discipulus, qui scienter olim veritatem fuerat confessus: & exaltatorum praclaro titulo, quanvis scienti ministri penitentiam de peccato; siquidem indignum, quod qui ita turpe, & publicum perpetrasset erratum; respicerent ut discipulum. Insuper, ut discipulus fargar, ne magnitudo iniquitatum absorbeat. Honoretur, quia contritus corde, sed non discipuli manere: quandoquidem discipulus elevatus iudicaretur indignus, & collatio dignitatis esset confertis dedecus: quippe non tribueretur Petro, et ceteris penitentibus; sed urbanitati contemplationis magistri. Iam sciebant esse bonum, & adhuc minime vocantur discipulum; ne iudicaretur, occupare auctoritate magistri, vel obtinere maiestatem throni: quandoquidem perdit moribus, dignitate interventum videntur in dignitatum.

10 Diximus Dagon inventum pronum super faciem suam in terra, coram eiectrice Dei Arca: iacentem ita (qui spinther pectoris, qui idollulus cordis, nam vidimus Didasc. 9. num. 1. illum esse statuam Veneris) collocatur prompte in summitate altaris. Catus etiam secundo accidit; sed nullatenus amicum, quem pro Deo habebant, & prout adorabant, iterum assumunt, & restitunt in amicum principatum. An quia evanescent memoria iacentis? An quia iacentem incidunt, vel cum fuerit in sacello cordis? Haudquaquam: prius enim cecidit, sed affectus elevavit: Restituerunt eum in locum suum. Quare denuo lapsus non restitunt? Quia sine capite? Quia truncus? Quia truncus, & sine capite, imo maxime quia tunc idolum cordis inutile. Perpende. Primum ruit, sed vel in ruina imminutus, igitur brachijs, & capite ornatus. Denuo labitur, verum Caput Dagon, & dua palma manuum eius abscessa erant super limen. Non solum in secundo praecipitio minutus erat praesentia capitis, sed manuum volis. Patet causa, cur ita persistat ruina. Caput ad prudentiam spectat: manus autem favorem signat: & minime iacentem pratererunt, quia imminutus capite: sed quia palmae manuum erant abscessa: igitur si micaret auctoritas faventium, factionum auspiciam, potentium vota, vel aucupanda gratia; pro illo militaret certatim abis calculis supremus thronus, quantumvis esset iacens, solus, & sine capite truncus.

11 Clarefcit modo expolitio Antilogiz, quae hic vel caco obijcitur. Corruit Dagon, Et restituerunt eum in locum suum, Tom. I. Taut.

Corruit secundo, & Solus truncus remanserat in loco suo. Uter locus proprius, cum uterque dicatur locus suus? Uterque? Hemi! Plerumque accipit multiplex monus, qui nec ad unum aptus, & omnium indignus. Si locus proprius altaris ara, quomodo locus proprius etiam terra? Qua conditione fitus cacumen throni, ubi assumitur, & tellus nuda, quod despectus, & iure praecipitatur? Nota: duos status habuit Dagon, etiam dum corruit. Primum, ubi casus, & non amplius: secundum, ubi sine capite, & manibus iacebat truncus: & locus proprius dicitur pavimentum teluris, & etiam apex altaris, pro conditione iacentis: etenim sine favore, locus proprius est iacere; quia non est locus: at tamen si gratia accedit, & ille iacet; etiam iacenti superior locus est thronus, quoniam vel sine capite fungitur manibus. In assumptione ad dignitatum fastigia, praevalet contra merita, potentium gratia; quippe magis studet animus splendori assumendi, quam consulit dignitati, intentus auctoritatis gratiarum, non suffragijs meritorum.

Denique, & aptius Didascaliz propositio. In altari Dagon (statua inanis) erat quasi in loco proprio destinata a fortuna; sed locus destinatus a meritis erat terra. Fortuna, quod concessit, arte subripuit. A throno ubi assumpserat, deiecit: truncus corruit, & iacentem ruit. Plaudebatur in throno cordis ambitioso simulachrum: & quem venerabantur, sapientiae idolum; cognoverunt iacentem inutilem truncum, cui supremus locus infirmus, quia indigno, vel in dignitate non datur locus. Hic est locus indigni: nimirum, esse extra dignitatem throni. Ille annise suum locum in terra quaerebat: quasi in suum locum, manus adorantium sublimabat: ac etiam dum est in folio, loci proprii, qui terra, sit meditata descriptio; quoniam locus proprius, non locus quem contulit fortunae manus, sed locus proprius, quo dignus: etenim non habet dignitatem, qui cacumen; sed qui meretur dotibus dignitatem. Cui fortuna nihil indifferet conferet, & minis auferet. Qui omnia sua portat secum, & flamma meritorum semper fursum.

\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*  
\* \* \* \* \*

vers. 74

Aptius sicut pluribus miseris indignus singulis.

Qui habet manus, habet manus.

Dignitas singulari indigni, est esse extra dignitatem.

Dignitas est in loco, quo, quoque dignus.

DIDASCALIA XII.

Neque utendum imperio, ubi legibus agi possit.

Tacit. Impellis criminis facilitas, dum gliscit potestas.

Tit. Liv. Non posse potentia non est.

Boet.

Psal. 141. 5. Geneb.

Nequit firmiter, quod nefas facere.

Gen. 3. 26.

Non habet potentiam, qui potest contra legem.

Claud.

Dixit, qui nullam habuit, Tibertius, apud Cornelium Tacitum Annal. lib. 3. cap. 69. Male coeunt imperia, & iurascum iuxta iura sint sanctissima imperia: quippe languescit anima legis, ubi nimis ex tolerantia gliscit corpus potestatis. Difficile sane, quod Principes sit semper idem, ubique par sibi, & semper ipse: quoniam cum utrinde trahatur; potest trahi potestate, ubi expellendus a lege. Unde Titus Liv. lib. 1. Ab urb. condit. inquit: Consules Romani nihil praterca aliud, quam suas vires, sua arma horrebant. Prudentia est, quod se Princeps timeat, ne praecipis corruat: siquidem si perficit quicquid impune potest, praecipis ibi retentum, ut canit Sever. Boetius lib. 3. de Consol. Philosoph. Metr. 5.

Non posse, potentia non est. Et dum potest, quod non potest, est legibus impotens. Perijt fuga a me, dixit Pfaltes Regius. Genebrardus: Perijt potestas a me. Potestas a Rege fugit: Usus fuit imperio voluntatis, cum debuisset agere iuxta leges. Suadet licentia luxum; sed amittit imperium, quia qui facit quod non licet, nequit facere. Vel potens non habet potestatem, si citra legem: igitur cum lex sit operationum lux: in ipsa factum est nihil, quod factum non est.

Potestas, & dominium in feminam conceditur viro, cum illi a Domino dicitur: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Lex est, ut mulier obediat; sed iustis legibus, non viri cupiditatibus. Imperium est, ubi vir iubet, quae vult; verum non quod lex. Non est utendum imperio, ubi subditus iacet sub legum dominio: & uniuertur dominium, & potestas, ne vergat in tyrannidem voluntas; quia Princeps dominans dominabitur iuxta legem, secus vero, vel potens non habebit potestatem. Erit dominus, sed non dominator; ubi non lex regit, sed cerebri furor: & qui imperium, agere debet dominatorem, & dominum. Unde Claudianus in Paneg. pro IV. Consul. Honor. v. 267.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit, Occurvat, mentemque domet respectus bonest.

Ideo saepe in Scriptura dicitur: Dominator

Dominus. Licet Princeps sit legibus solutus (ut dicitur leg. Princeps, 31. ff. de leg.) est solutus a lege legis, sed non a lege rationis: quippequam dominator amittit dominatione dominium; ni iuxta legum praescripta fuerit exacte dominantis imperium.

2. Decem cornua, quae vidisti (dicitur Ioanni, belliant in ignem coronatam inuenti) decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges. Plura implicant. Si reges sunt, quomodo tanquam reges acceperunt potestatem; habentes uti reges dominationem? Quomodo reges in dominatione stabunt, qui regnum non acceperunt? Quia usi sunt imperio pro voluntatis arbitrio: & non est rex, qui non regit; nec regit, qui regit pravè, amittens dominationem; quoniam non legè in regimine, sed pro lege exequitur voluntatem. Habere regnum casus est, regere virtus: & dicuntur reges, & non accepisse regnum; quia non virtutis, sed improbae voluntatis erat dominium. Regnent, si regerent: & reguum, esset reges, non accipiunt, qui regimini iuxta leges non incumbunt; siquidem ita volupratum legibus adherent, quasi regnum nullatenus accepissent. Reges sunt, quia constituti; & non regnant, quia sunt reges. Non accipiunt regnum, ut leges adimpleant; sed ut leges illis pro iubito ferviant: nulloque modo dicuntur reges, sed tanquam reges; quoniam in regno legum sunt auctorati carni-fices. Reges dicuntur, & quasi reges: qui non rex, sed similitudo regis, qui vitia deaurat splendore maiestatis. Reges dicuntur, si dicuntur ratione, & nequaquam voluntate: & non acceperunt regnum, quia leges regni acceperunt ad prolium. Reges sunt, quando regunt iudicio, non imperio. Potestas huic respondet, dominatio vero iudicio adheret: potestas ubi iniquitas, non est potestas; quippe Princeps prudens posse non astruit, quod posse non debet: & habentes quasi reges potestatem; illam amittunt, habentes dominationem.

3. Brevi normam regiminis expressit N. Patriarcha pro ornatu Praefidis. Iustio eius, vel doctrina: ait cap. 2. Regul. Sancti. Non dixit, Iustio, & doctrina, quasi copularet diversa: sed Vel, quia imperium, & documentum semper una. Docet dum iubet, quia docet obediendum, quod legibus imperatum. Docet, dum iubet legibus addita mandata: verum quae praecipit illex, non praecipit; quippe ubi auctoritate iubet, in factis contraria docet. Queritur Deus per Ezechielem de iudicibus Israël, quasi

Rex solutus est a lege legis, non a lege rationis.

Apocal. 17. 12.

Non regit, qui regit pravè.

Legis ini qui pressi des fuerat auctorati carni-fices.

Potestas, ubi iniquitas, non est potestas.

S. Ben.

Nequaquam superior in bet, si in factis contraria docet.

Ex. ch. 34. 4.

Imperio imperio, ubi non lex, non potestatis Superioris, sed potestatis. Ubi lex, est potentia Superioris, & rationis; & nihil Superiores egerunt, dum subditis imperarunt; quia ut observarent iniuncta mandata, non imperarunt legibus, sed potentia.

Ibid.

Ib v. 16

Non est imperium quod de pietitudine potestatis.

Leges ob servatur non ratio ne potestatis, sed potestate rationis.

Claud.

Hebr. Lex id est corona. Hieron.

Literale gii coronate. Novar.

nihil egerint, cum zelo imprudenti, & austeritate praecipissent, dicens: Imperabatis eis, & cum potentia. Potentia nonne ad imperia necessaria? Sane: sed potestatis, quae dimanat a lege. Ubi non lex, non potestatis Superioris, sed potestatis. Ubi lex, est potentia Superioris, & rationis; & nihil Superiores egerunt, dum subditis imperarunt; quia ut observarent iniuncta mandata, non imperarunt legibus, sed potentia.

Ecce calamitas, quod infirmum, non consolidastis: & quod aegrotum, non sanastis: quod contractum est, non alligastis; & quod abiectum est, non reduxistis; & quod perierat, non quaesistis. Reducuntur austeritate, qui deficiunt a ratione: Contraria utique promittit Deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod contractum, alligabo: & quod infirmum consolidabo: & pacem in iudicio. Patet prudentia, & imprudentia Superiorum in contradictione effectuum. Iudicium pro medicinae, in imperio legis exhibetur a Domino: potentia tantum adhibetur a pastoribus in mandato: & Deus iussione medetur, ubi praecipis pastorum vultus exulceratur; quia praecipere debebant iudicio, & imperabant imperio. Saanunt oves tantummodo medicamine; & est austeritas, dum legis non invenitur facultas: igitur praecipis iniuncta, iniungenda iustitia, non potentia: ab imperio iustitia, non potentia; quae non habet imperium, duandiu ab legibus inhi-betur iudicium. Unde qui iusserit, doceat; & qui legibus docet, securè iubeat: siquidem perficientur exacte leges ex imperio, non ratione potestatis, sed potestate rationis. Tu civem, patremque geras; tu consule cunctis.

Nec tibi: nec tua te moveant, sed publica vota. Ait Claudianus in IV. Consul. Honorij Imper. v. 294. Haec sunt munera Principis, ut cum illo, & per illum vivant leges.

4. Leges olim coronabantur. Unde Corona nomine, absque ullo addito, lex intelligitur: dicunt Hebraei in Perikuthob. observavitque Hieronymus lib. 3. Apolog. in Rufinum, referens illud Pythagorae, Corona non carpenda: id est, leges custodienda. Adeo (inquit Novarin. in Sebeldiasm. Saero. profan. lib. 1. cap. 1. num. 2.) legi corona annexa est; ut divinae legis verba, dum scribunt Hebraei, aliquas literas coronare soleant. Liber profanus apud illos habetur, nisi signata ha litera LEX, coronam essent. Prudenter populi a Principe regentur, ubi litera, & quidem merito coronantur. Lex idem est ac corona: &

corona quae congruit Principibus, apratur legibus; quoniam ni adimpleant observantiam legum, evanescet & capite corona Principum. Lex corona. Minime huiusmodi ritu, & legum honore, Principis immutuantur prerogative; cum in regno sit basis, ubi firmatur corona, legum traditorem observantia.

Incuriosae, ac impavide in folio esset Principis vigilatia, dum vallaretur non militum, sed praceptorum custodia: & ut fidant de obtinendo splendore, corona alligatur legi: quippequam firmius stemmata rutilant in Principibus, ubi satagunt cingere coronam legibus. Solanis leges (ait Novarinus ubi supr. lib. 2. cap. 3.) ligneis axibus in se erant. Hoc ergo iuris scabellum, seu suppedaneum Iustitiae (cuius imago nuda, & sub cuius pede Reipublica rota) ita structum imaginum artificio, ut legum axe vel leviter tacto, Opinio quae infra erat, fargeret; & Iustitia deorsum declinaret, libra tracta, & virga curvata. Primò haud vium artificium symbolicum, quousque patuit cogitationis ingenium.

Rota erat Respublica, quae movebatur in axe solido legum. Axes, ubi incit leges, corda civium: sed immoti axes in quibus insculpta leges (etiam voluta Reipublicae rota in perpetua constantia, & incontinentia): & fixis cordibus in moderatorem Principem: siquidem ut gloriosè dirigerat cunctorum regimen; motus quorumlibet civium, debet respondere immobilitati legum.

Huic perpetuitati Iustitiae, & legum status, duntaxat infidiatur suffragatorum, simul refragantium affectus: etenim ni accederet, Iustitia flaret. Sine huiusmodi culta (cordium iudicium contagio) erat nuda pulchra, virgo speciosa, illibata, simplicitate venusta, recto sceptro, & gladio stricto, docens in iudicibus integritatem, & tyrēndris sententiarum circumspectionem: equidem promptè arma fumerent pro legibus, dum Iustitia nudaret affectationibus. Nos dicimus: Con faciliada por las leyes se saca la espada, desnuda de pasiones la Iusticia.

Blanditi suis sententijs (quin decidunt a cogitationibus suis, imò abundantes suo sensu) ascendunt in tribunal bultea iure dicendo: & ut eliminetur ab homine, obsecans intellectum, huiusmodi veneratorem lenocinium; in rota legum Reipublicae, imago Iustitiae opponitur opinioni: quoniam ni subter opinio conler, in rota legum Iustitia minime stabit: etenim rotat iustitia, ubi lex movetur glossa.

Corona basis est observantia legis.

Novar. Leges Solanis in axibus, quo ingenuis.

Motus est vium reipublicae immobilitati legum.

Iustitia, firma lachrum.

Ni legum opinio deservit, non quam Iustitia servat.

Pfal. 35. 6.

Veritatis Soli obsecratur opinio nana nabe.

Leges estis opinionibus non franguntur, bibeant.

5. Reg. 9. 2.

1. Reg. 8. 12.

Dignus maiestatis qui non committit frangi leges.

Nihil difficilius; nec facilius lege. Nihil facilius intuitu veritatis: nihil difficilius labyrintho opinionis. Veritas tua usque ad nubes, dixit David. Usque duntaxat nubes coelestes perveniunt veritates. Non descendunt in mundum ab sphaera caelestis? Descendunt utique, verum tanquam merces devia. Descendant: quare igitur dicitur usque ad nubes pervenire, & ibi manere, quin possint ad nos transire? Exprimunt vigilanter iuris stationem, iuxta legum glossam, & veritatem: siquidem in mundo ius deformatur opinionum nube, dum fulget in caelo veritas perspicitur Sole. Ideo de sententia iniusta iudices iniqui quasi addicti iuris apicibus gloriantur; sed gloriantur cum malefecerint: igitur Senatus consultum extollunt usque ad nubes, ut speciem habeat sollemnium veritatis. Sunt spectabiles leges, quae nos informant homines; & ut appositi ducam, homines constituunt rationales: de quo fusc egimus Tautol. 3. Didasc. 5. an. 9. Veritate lex probatur, & mutuo veritas lege: opinione est non frangatur, hinc: volvitur rota, & quae infra erat opinio, exaltatur supra: dislocantur ius, & lex: & nequit dior calamitas advenire regno; quam opinionum virulentum studio, virgam videre iustitiam, remotam a iure & lege.

5. Primum regem Israel instituit Dominus Saul. Erat electus, & bonus: non erat vir de filiis Israel melior illo, & instrumenti praclarum animi, & proceritate symmetrica corporis: Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. Inquirunt huius electionis causam iure Expositores, cum filius Iuda promissa fuerit virga regiminis, Genes. 49. 10. Dicunt Hebraei (adi Abulensem, Sanctum, Alapid, & Franc. Mendoza hic) quod vir ille qui fugiens e praelio cucurrit ad Heli, fuit Saul, qui quidem captus arca videns tabulas testimonij in manibus Golia, quas ex arca acceperat, strenue abstulit de manibus eius, & fugiens reportavit eas in Sila. Si strenuitatibus, mirisque gestis debentur regni insignia, sceptrum scilicet, & corona; iure eligitur Saulus in regem, ac in omnibus superiorem dignitatem: igitur nullus maiestate dignior, nullus regimini aprior nec vir de filiis Israel melior illo; qui in omnem aeternum proventus, haud expars vitae discriminis, indulsit minime vel a pagano frangi tabulas legis.

Collocat eum, & elevat Dominus in Principis dignitatem, intendens prudentem ita deliberationem (quae potius videtur Regis, quam gregarij militis) ut faciat in throno, quae fecerat in exercitu. Erudimini qui

indicatis: non renuat facere integritas iudicis, quae facit & miles. Arca Dei capta fuit, in qua erat lex: obviat, ut destruat gigas; Saulus obstitit, minas potentiamque Primatis flocci facit. Primum erat, licet illo articulo lubricum, servare integritatem iuris, quam respicere interventum Primatis, de extirpatione legum fatigentis, & proposito conantis habere in manibus ius; ut ad amissum potentiae, non rationis fuisset lex. Interitus ergo Saulus tabulas testimonij arripit: & Deus iure in thronum sustulit: quia meritis fuit regalis caducis maiestatem, non contentiens captivari vel a potentiore legem.

6. Modò observa. Reservatae fuerunt tabulae legis per facinus virtutis militis: sed ille minime gaudens, sed consperso capite cinere, ut perspicue innotesceret calamitas; ingressus Silo, fama 'Ualavii omnis civitas. Pontifex fractis cervicibus corruit, omnis sexus, & aetateque gemit, etiam qui nunciat conspergitur cinere pra dolore. Quid hoc? Nonne ius salvum, & exemplar legum? Profecit. Cur ergo salva lege, amplior oritur lamentatio, largae lacrymae ex cordium amaritudine? Promam faxo. Arca capta est. In qua iuxta Paulum, urna aurea habens manna, & virga Aaron, quae fronduerat, & tabulae testamenti. Licet aliqui summae classis DD. praepositionem In accipiant pro iuxta, & Apud; alij tamen non infima notae interpretantur. Stricto, rigorosaque sensu: Vide, si lubet, Riberam, Alapide, & N. Quintanillam in Arcis foederis. Unde patet, cur ita inconfolabiliter civitas lachrymetur. In Arca, quae capta, erant virga Aaronis, & tabulae legis. A Saule allatae fuerunt legis tabulae, virga in hostium potestate remanente. Virga indicat rectitudinem iudicis, tabulae testimonij normam regentis. Et virga, & lex unite erant, seu simul; ut regnum prudentissimè regeretur. Quae simul erant, Saulus bono zelo se iunxit: populus audivit, & clamore caelos ex arripuit penetravit. Ululat iure civitas: etenim nulla virulentior calamitas, quam videre virgam iudicium, & legem violentiam ab apicibus legum.

7. Virga manet apud potentem. Lex vero subtrahitur, cum esset cum virga simul. Plerumque in tribunalibus celebratur isthoc divortium, cum suffragia Islo iure erumpere deberent in lamentum: igitur dum eximitur lex a violentia potentis, potenti adharet blandula virga iudicis. Virga, quae debet sequi tabulas, ubi ius; relinquatur cum una aurea, ubi manna. Aurum apud Nostrates manna dicitur; quod deserviens unius-

Nec capivari vere.

15. v. 13

Hebr. 6. In pra. Luxa.

Summa Regnorum infelicitas, quod virga iudicium distet ab apicibus legum.

Et curvetur potentioribus.

Cur aurum dicitur manna

Matth. 17. 5. Athiop.

Opinio legis nequit esse cum veritate.

Luce. 11. Veritas affectus vulneribus ab opinionibus.

Veritas sper eadem.

Luce. 11.

enique volentati, ad quod quisque voluerit, promptè convertitur. Cum manna declinat, & curvatur in commodum. Illa Aaronis fronduit, quia non habet radices: feliciter fronduit, fruivit, & fructificavit: verum iudicium curva quaerens radices, arefcit.

7. Deinde: Arca, ut placet Philoni de Vita Moysi, symbolum erat Republicae, apprimè legibus moderatae: attemen, & Republica dicitur cum libertate captiva, quia capta est arca. Translata est gloria ab Israel, eò quod capta esset Arca Dei. Israel captivus ne Naz, Arca captiva. Semota fuit virga Aaronis a tabulis legis. Virga significat iustitiam: tabulae iura, quae virga moderatur Republicam, civibus liberis spectabili dominio, & uti subditis, legibus regni: atque merito alructur, Republicam captivam esse in Arca captivitate, quia avulsa a legibus virga inflexibilis iustitia.

Subest causa. Virga iudicium metitur ius potestatis ad amissum legis: remotis tabulis legum, mensuram tantum, & solum sequitur opinionum. Curvatur, quia philantia ius dicit, quod affectio pro utilitate proponit: & eiorat forum, ubi ratio decernit iure contrarium. Fleat, quoniam inclinant privata commoda, & patet serpens, quae virga Rumpitur, quippe glossis legem subtile utilitatis ingenium interpretatur: & visis lege sine iudice, & virga iudicium sine lege; queritur iure Israel de iustitia verendae captivitate: quoniam haud stabit iustitia nuda in iudicibus, & tribunalibus, ubi opiniones ingeruntur pro legibus.

Uterius. Ex consortio legis, & virge iudicabat regi constantia; ac ex divortio, Rumpit publicam ruinam. Unum nihil, duo plerumque posse. Vide: In regno Philisthim erat virga, in regno Israel iuris tabula. Utrumque utriusque ruina: etenim lamentabile, quod sint leges sine virga, quae cives impelat executioni; & sint virge iudicantium, sine legum potestate. Denique. Leges respiciunt merita bona, & mala, & virge reguntur legibus. Sine legibus duntaxat reguntur manibus; & dum populus Israel cognoscit diflocatas virgam, & legem; regni itatim lamentatur perditionem: igitur proterantur iustitia, & leges; ubi virge iudicium

Virga curva non sequitur iustitiam, sed commodum.

15. v. 12

Amittitur primum iustitiam in captivitate legis.

Non est iustitia in tribunalibus, ubi opiniones ingeruntur pro legibus.

Leges, & virge ger manna.

Regni ex cidium divortium.

non merita respiciunt, sed opinionum aut floritates, personarum acceptionem.

8. In Thabore transfigurato Domino, auditur vox a Patre: Hic est filius meus. Athiopiae. Ipse est filius meus dilectus. Si Petrus, & qui cum illo erant, Filium Patris caelestis agnovissent; ad quid coram synedris attestatio de caelo, & testibus clara indicio? Opiniones distinctae de substantia personae; erant. Alij dixerant Ioanem Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam, aut unum ex Prophetis; ut dicitur Matth. cap. 16. v. 14. & dicitur testibus: Hic est, quia veritas patet hic: siquidem circa veritatem cognoscendam, mens claudicabit errore; si ducuntur iudices, & testes sententijs, quae referuntur tanquam opinionibus practicae. Una opinio, quae Petri, dicit: Est, alia, Non: & cum errare multis modis contingat, alius dicit sic, alius verò sic. Quid est hoc? Opiniones? Recto iudicio, non opinionibus veritas discitur. Veritas (quae scopus iurisprudenciae, unde haec lapis Lydius veritatis) disputationibus excoquitur: haudquam exquiritur Lesbia, quasi regula opinionum, & contentibus detruncatur pro libito auctoritatum. Ideo Christus foecit Praelia, & opiniones: igitur plerumque ab opinionibus, lex & veritas afficitur vulneribus: etenim iuxta leges esse iudicium, cum e duobus contradictorijs unum sit falsum: quapropter iudices dum opiniones decreta arbitrantur; non ducuntur opinionibus, sed seducuntur.

9. Hic est in Thabore dicitur, Id est, Hic veritas. Cur ergo? Quia ipse est. Veritas eadem sine principio, & in tempore. Eadem, quae legem dedit, & legem adimpler: eadem, quae decreta custodit, & signat, quoniam iota unum, aut unus apex pretereat: eadem, quae in iudicio nec respicit divitem, nec despicit pauperem. Eadem denique, quia idem ipse in Thabore, ac in tribunalibus gloriosus, & abiectus: bonum iuxta legem, criminofus secundum opinionem. Hic est filius meus dilectus, quem iudices cruciungunt ut impium, quoniam duntaxat opinionibus condemnabant: quia tantum plaebit perdere, curvis virgis, & suffragijs potestatis, utentibus opinionum imperio, minime legum iudicio.

Virtus, & summa potestas non coeunt.

Ait Lucan. lib. 3. Phasal. Declinant in imperium glossae opinionum: quatum ius nihil valet, eum legibus agi possit.

\*\*\* \*\*

DI.

DIDASCALIA XIII.

Fere idem exitus est odij, ac amoris insani.

Senec.

Aliqua beneficia sunt fecera.

Virg.

Et amici certi munera sunt hostiis vobis.

Odiū, & beneficium.

Senec.

Cornel. Tacit.

Indignū munera onerata sunt.

Index ad propositū absurdū, nec respō dat verbum.

Stoicus Cordubēsis mered astruit lib. 6. de Benef. cap. 25. Per fecerit officio locum quærit, qui sic insanit. Quicquid inimici optarent, amantes vovent. Non est beneficium, iniuriam finis. Unde Jupiter apud Virgil. lib. 9. Enid. v. 93. interveniente pro Æneæ Cybele Deorum, ipsiusque Iovis matre:

Filius huic contra — O genitrix quid sata vocas? Aut quid petis istis?

Sanè feliciter dixit. Quod postulat mater ut beneficium, erit accepturo fatum: siquidem nihil sepe interest inter amicorum munera, & hostium vota; cui immacuritati sepe pæpatis obnoxie mulieres, maxime auctoritate veneranda genitricis. Ideo subdit: Quid petis istis? Munera? Falleris: quæ tibi videntur dona, sunt fatalia exita: & indulgendo nocerem, dum intervenit præfata. Iudicium interpellat affectus: & nequaquam insigne erit amantis animi, & pestifera largiri. Odium est affabile, & blandum, verum odium. Exorari in perniciem rogantium, non est bonitas summa, nec gratiosa; sed se va, ut qui munera accipiant, inita beneficia taceant, & gemant. Quid enim turpius (ait Seneca lib. 2. de Benef. cap. 14.) quam ut nihil intersit inter odium, & beneficium? Haud iniuria dicere possumus, quod de Livia uxore Augusti Cornel. Tacitus lib. 1. Annal. cap. 4. & 10. Livia gravis in Republicanæ mater. Mater erat, sed dilectione Republicanæ gravabat: siquidem quæ cogitabat ut dona, erant pestifera; & exitus amoris insani, ideam erat ac implacabilis odij.

Vividè igitur Poeta non dixit: intercedenti matri, Filius respondit; sed filius huic contra: quoniam vel matre poscente indigna, huic filius contra: etenim non momentum amor matris, dum manus iudicis. Honorat genitricem, sed respuit interventionem: primum, ne matrem læderet; secundum, ne publicæ personæ manus corrumpere. Filius huic contra: petit fidens amore, absurdum; sed filius index nec matri respondit verbum.

Accessit mater filiorum Zebedæi ad iudicem Chyltham, adorans, & petens pro

filij gloria superiore throno. Cui Christus dixit: Quid vis? at auditis intercessionem, & adorationem, omnino importunis, dixit filijs: Nescitis quid petatis. Mater petiatur ergo filijs respondet? Audit matrem, ne videretur despici; sed non respondit feminæ facilitati, quoniam dum intercessione ingrediuntur ineptiæ in aures iudicium; nec ullam debeat respondere verbum. Iudex huic contra; ut non feminam, sed fatagentes confundat, vel consanguineus repulsa. Mortem mater gravis filijs deposebat, dum thronos vehementer cõstagitabat: & dixit expectantibus exitum: Nescitis quid petatis; ex quo constat, quid genitrix petat istis.

Domino in feminam conceditur viro, cum femina prima dicitur: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Id est, Sub ratione, ut vidimus saepe. Ad quid ergo ratio, ubi exprimitur viri erga uxorem dilectio? Ne fiat odium, quod debetur obsequium. Vir feminam diligit, sed amor sit cum ratione; ne exitus sit odij, quod fides amoris insani. Indoles illarum sunt iurgia: quapropter Ovidius lib. 2. de Arte ait:

Dos est uxoria lites. Si semel voluntas illarum levissimè indulta; extorquent, quia dilectæ vel commoda, vel incommoda: verum si fiat, etiam si nefas, repulsa;

Tunc gravis illa viro, tunc orba tigride petor.

Gravis, si negatur; peior autem, si conceditur: siquidem in illarum gratiam nullum prætermittit scelus amor in illas nimius, & pro illis insanus. Diligendæ sunt & honorandæ, præut meritis fuerint, non præut cogitaverint. Amans sit vir, sed non amens. Dominetur vel in amore iuxta rationis studium; ut habeat in potestate dominium. Dominus sit, quia vir diligit debet esse, & non vir diligens sine ratione. Dominus sit: quin dilectæ coniugi vel apiculum cedat rationis; licet thesaurum erga illam impenderit voluntatis.

Exemplum insigne habemus in Elcana, tum amoris rationalis, tum integerrimi iudicis. Immolavit hostias pacificas in Silo, cum secum adduxisset duas uxores, adoratum Dominum Deum Israël. Distribuit reliquias discumbentibus; & deditque Phenennæ uxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partem: dedit Annæ sterili, quam nimis diligebat, quantam ergo? Dicit Scriptura: Anne autem dedit partem unam. Causalem perpenderis: Partem unam tristis, quia Annam

Mat. 20. 21.

4. 22.

Dum peccat in dignitate gare est gratia.

Gen. 3. 16.

Dilectio est in gratia sit ratio nalis.

Ovid.

Iuven.

Amor esse conferentem, verum non declare amorem.

1. Reg. 15.

nam diligebat. Si Annam diligit, quare gratiam abundè non porrigit, ut nobilitas amoris teneri cognoscatur ex munere? Levabit profecto mœstitia largiori gratia. Donet ergo, si diligit, quicquid voluerit, amantissimè; ut amor patens adolescat singulari favore. Neutiquam facile; imò impossibile. Ius erat Hebræis, ut iuxta numerum prolis uxoris tribuerentur à viro partes: quare fecundis feminis quasi iure erat hic honos, ut à viro partes concessas dividerent inter natos. Vide Novarium in Sebæd. Sacroprofan. lib. 2. cap. 13. Stropheum Menoch. de Hebræor. Republ. Abulens. Sanctium, Alapide, & Sanct. Pagninum; ex quo (quia legit: Dedit partem cum ira, vel furore) Caicæ hie: Dedit tristis partem unam, eò quod voluisset, eò dare partes multas: hoc cit, voluisset Annam habere filios, ut occasionem dandi ei multas partes, habere. Unde germanus sensus auctoritatis in litera erit: Annæ dedit partem unam, quia Dominus concluderet vulvam eius; & partem unam, quam ei dedit, dedit tristis; Quia diligebat eam. Exposita perspicua litera (cretemur mytheria.

Portio- nes dabatur fami- nis Hebræis iuxta numerum filiorum.

Caici.

Principes respiciat tantum meritorum in distributione dignitatum.

Et muneretur dignum et si invocentur ad verfarium.

inepta, quantuncvis viro gratiosa: Phenenna verò etiam si averfata, fecunda; quibus dotibus digna honore, atque dignanda distribuentibus muneribus, & portionibus ex iure. Indifferenter maritus sese gessit; utque dum tempus affuit, quo munera distribueret: ac in honorem Phenennam amplexatur, quamquam fastidio antipathicè averfetur.

Subinde. Gauderet, quòd dilectæ amplius mereretur, quam unam partem; & dolebat, quòd averfata iurè nancisceretur honorem. Merita extorquebant à distributore iustitiam: amor illum blandè alliciebat in gratiam: verum tamen postponit amorem, ut obtineant merita conferendam dignitatem; quia ius impellit, ut dignis, licet averfatis, præmia distribuat, quantum libet eò dolo.

Tristis describitur in distributione: Quid interest? Favet studio vehementer dilectionis, & etiam meritis: amor, mœstitudine; meritis verò, promptissima collatione: siquidem urgente iustitia, ac invalidè gratia; quamquam tristis meritis, dabit digno dignitate, tamen dederit tristis. Munus igitur digno conferetur, licet index tristis distributione rumpatur. Vividè Hispan. En la distribution se llama triste, porque ha de dar el premio, aunque le pese.

Præterea. Sponfa, quam maximè diligebat, dedit partem unam tristis, quia diligebat. Etiam in affectione, reverentiâ circumspicit meritum; ut pudeat in indigno obsequiosum studium. Se ita gerat Princeps in munero distributione, ut obeat munus præclare. Sic fe gerat cum dilecto, nihilo digno, vel aliquo; & cum inimico adverso, vel averso benemerito. Huic munus concedet, quia ius favet: verum si amplioris dignitatis amicus nò fuerit dignus; una pars illi conferatur, & non amplius.

Dedit Annæ, pro qua amore furebat, unicam partem tristis, quia illam diligebat; & nihil amplius, quia diligebat illam. Si quid amplius daret, non diligeret: quoniam in exercitio muneris, palam fieret vitium affectionis, & offensione indignitatis. Unicam partem, quia diligebat. Nil amplius dedit, quoniam amor tantum erat, & non amplius. Dilectio nostrâ per Antimethestem vigilantissimè: No la dio mas, porque la queria; y no era mas, que para quererla. Unam partem: nihil plus, quia diligebat: etenim non diligeret, imò potius horeret; si ab illo utpote dilectæ concederetur dignitas, quasi materia in qua cognosceretur suscipiens incapacitas. Dicere quibat honoris onere: Ille amando me occidit: de quo Seneca lib. 2. de Benef. cap. 14.

Et omnino non averfetur.

Quantum libet doleat.

Et tristis concedat.

Amicus usque ad aram.

In indignum munus, deo decui.

Seneca.

Aaaa Erag

Tom. I. Taut.



gloriam sibi, aliisque relinquit pondus gloriæ: verum oneri succumbit; quia invalidos humeros ad tantam molem meritorum imbecillitas non habet. Si ergo fieret virium meritorum cum honoribus mensura, nullatenus fieret principatus spina. Affectio proterenda est in munerum distributione, ne inhabilis honore, gratiâ afficiatur dedecore, & amaritudine: quoniam affectus indigno impartietur pondus, dum conferunt munus. Vulnera, quia dignitas ultra merita. Spinam cordi pro demonstratione gratiæ. Molestissimum officium, ac ærumnosum obsequium. Molem pro splendore munerum; quippe auctoritas ultra mensuram ordinatam meritorum.

15 Aliter perciti furore affectionis, & agitati stimulis necessitudinis, quin alienis exemplis, & ruinis sapiant, suos, digniores dignioribus iudicant; nescientes spinam nequire esse rosam, neque plumbum aurum, licet illuminetur fulgore Solis, & dignitatis, siquidem munus fulget iuxta qualitatem recipientis. Sapientia dicit, quod rami illius (non vitæ) dotibus sicce, & muneribus florida, quæ magis congruunt igni, quam viduariorum florentiâ idest distributiones dignitatum ex iure, sunt Honoris, & gratiæ. Gratia honor est: quoniam si indigno dilecto conferatur beneficium, nihil increverit inter beneficium, & odium. Gratia honor est, ubi munus iuxta mensuram rationis, haud iuxta suffragia voluntatis: equidem, ultra merita non est gratia: & dicitur dignitas Honoris, & gratiæ, ubi qui accipit, est dignus gratiâ, & honore. Gratia in indigno non est honoris, sed summi prorsus decore; igitur patet vacuum cerebrum, & recipientis, & dantis. Vide quæ diximus Tautol. 3. Didasc. 11.

16 Elevantur ab hominibus amoris idola, ut adorentur sicut Gentium simulachra. Proh nefas! Aulica levitate, & invita cognitione, Opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum: & incurvavit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. Iuste: crudelis indulgentia, ubi vir, & homo fatagunt dignitatum per indigna: gauderent exultatione, dum non essent homines, & viri: sed iure puniendi proleccio, ubi ludibrijs humiliator homo. Hispan. Un hombre, que tenga respeto a un trasfol. Elevantur ut idola in dignitatum superiorum culmina. O: habent, oculos habent, aures habent, naves habent, manus habent, pedes habent. Hæc David: cur ergo non dicit: Caput habent? Sensus in capite sunt. Ubi ergo caput? Non habent caput in regimine

muneris, sed formam capitis. Sunt polita deaurata in throno, cæterum nihilo. Floridæ, & falsæ idiomate vulgari: Muy pulidos, muy dorados, Narcisos de su grandezza, para maldita la cosa.

17 Perpende in hominibus, quod in simulachris hominum. Ubi miseriam inopes sublevandam his idolis exponunt; inveniunt simulachrum, quod oculos habet, verum non videt. Ubi pro gratia clamat amaritudo cordis; tumpens penetralia pectoris; obviat sculpsile, aures habens, & non audiens. Ubi præcavere debet nare præstaga damna Reipublicæ, curâ vigilantior; imago pulchra hominis exponitur, que naves habet, & nihilum odoratur. Ubi unico verbo potest querulo conferre, & remedium, & solatium; apparet idolum, cum quo licet clamans subditus de iniurijs queratur, nec verbum loquitur. Ubi properato est opus: ne grassetur scelus; rutilat statua, quæ manus habet in inquisitionem, sed non palpat, & palpanis iniquitatem. Ubi levi diligentia quit præstare subsidium; in effigiem hominis notatur conversum saxum, quod pedes habet, ut exerceat potestatem, sed non ambulat, quia nequit movere pedem; Incumbit his regimen, sed in illo non sunt homines, tunc sanè levigati honoris specie, bræteatæ statuz, vivæ figuræ, animata ligna, exemplaria, & idola; quæ formam capitis habent, & carent capite, carentes operatione. Sunt in throno sine actione vel leviter exprimente vitalitatem, nisi versùs dignitatis splendorem. Corpus sine anima, anima sine vita. Operationes corporis expriment mentis, & mentis, capitis. Quia cordis idola, quin adessent merita; affectus indignos elevarunt ad culmina: sed apparuit, elevatos ad cupitam dignitatem, nullo modo habere caput in regimine.

18 Vistum de suscipientibus, etiam lucet de electoribus. Similes illis fiant qui faciunt ea: imprecatur David ibid. Macte suffragijs potentes. Plaudite fulmen: quandoquidem fruimini adoratione plenâ, sicut quæ fecistis idola. Macte. My. Hem! Non est gloria, sed ignominia: igitur si sunt similes eis in honore, apparebunt sine capite. Sine capite quia amicum eligunt, & ex proprijs propiorem diligunt? Profecto non eligunt illorum merita, quæ prorsum nulla, sed illis dona. Unde in electoribus patet, quod caput non habeant ad eligendum; cum patet electos non habere ad imperandum. Similes ergo illis sunt qui faciunt ea, ut respiciant contemplantes idola. Quid ultra faceret odium, ubi ita dedecorat benefici-

Quam grave suum in indigno!

Affectio quam ut sana!

Eccli. 24. 22.

Gratia male merito non est bono viri, sed turpitudinis.

Isai. 2. 8. 9. Reversaria idola indignissima hominibus proleccio.

Psalm. 113. 6. 7.

Inutilitas india quorum quanta, & quilibet

Carentes capite, carentes capilli operatione.

Psalm. 113. 8.

Caput non habet eligentes in digno, & electi in dignitate

Par pari iungatur.

Aulon.

Tacit. Merita, & sculpsile in throno fulget Senec.

Luna minor, quia nobis pro pio. Silv. Petr. Sæd.

Ovid.

Senec.

Indigni quò pius debent, magis in gratia.

nescium? Sit gratia iuxta merita, & erit maxime grata. Respondeant munera dotibus: etenim ut canit Antonius ex Solone in Ludo Septem Sapient.

Par pari iungatur. quicquid impar desidet. Haud absconduntur merita, licet abstrusa. Præfulgebant Casius, atque Brutus ait Corn. Tacit. lib. 3. Annal. cap. 76. Ieo ipso, quòd effigies eorum non visabantur. Et Senec. Epist. 19. In mediis te protulit ingenij vigor, scriptorum elegantia, clara, & nobiles amicitie: tanta notitia te invastit, ut si in extrema meritis, ac penitus condaris, tamen priora te mōstrabant. Tenebras habere non potes: sequitur pristina lucis multum, quocunque fugeris. Stellæ coram Sole non cernuntur, sed adfunt: sede propria maiores sunt, quam Luna elata, quæ Maior nobis, Quia propior nobis; de quo Silvester à Petra-Sancta lib. 8. Symbol. Herois. cap. 5. Per se stellæ sunt electæ: fulgerent condigni sicut stellæ, sed ut canit Ovidius lib. 11. Metamorph. Fabul. 7.

Obest quoque gloria multis. Gloria nova queritur amicis, & non meritis, licet formicæ sint orbis dignitatis ludici Atlantes. Gloria queritur anxie, at evanescit iure vel in ipsa inquisitione. Perpendite miser. Nullum habet maius malum occupatus homo (ait Seneca ubi supr.) & bonis suis obsessus, quam quòd amicos sibi putat, quibus ipse non est: quòd beneficia sua, efficacia iudicat ad conciliandos amicos, cum quidam quò plus debent, magis oderint. Respicite. Idem itaque exitus est odij, & amoris infanti.

DIDASCALIA XIV.

Nihil tam regium, nihil tam munificum, quam potestas humanitate comite.

Plu a c.

Sol comit Gratiarum Char. Vincit corda Principii gratia. Plin.

It Plutarchus in Alexand. ex Cicerone 1. de Orator. Sanè regium, & munificum; quoniam ex Principe nullum humanitate pretiosius donum. Sol apud Antiquos pingebatur habens dextrâ Gratiâ, & sagittas, ut observat Vincent. Chartarius de Imag. Deor. in Vener. fol. 357. Gratiâ, & sagittas; ut signetur, quid non vincit Superioris humanitas: etiam im superat, quasi sagittaret corda; si auctoritatis potestatis comiter accedit gratia. Iuxta Harpasa oppidum Asia (inquit Plinius lib.

2. cap. 96.) cautes sicut horrenda uno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens. Symbolum patet in dolis hominum sub potestate degentium: siquidem qui lapideo pectore, & gravi corde retundunt imperus aufferet proaciter imperantium, suavi Minervâ crepitu digituli proclive commovebuntur. Hiscit adamas sanguine, non ferro, nec igne. Capillo ducitur, qui fonibus non ducetur: quippe ut canit Claudianus in Nuptijs Honorij, & Mariæ, v. 320.

Celsa potestatis species, non voce ferocis, Non alto simulata gradu, non improba gestu. Sed leto vultu cum maiestate, cui inest tanta potestas, quanta astitabilis.

Sub viri potestate eris (dicitur scemina prævaricatoris) & ipse dominabitur tui. Non fat dominij, dum exprimitur esse sub potestate: Non fat. Quid interest, quòd Princeps habeat colla subdita, si non habet subditorum corda? Nihil pretiosum, quod ab invito. Nihil amari obsequentis ingrato obsequio: quippe intervenit potestas, & concunvenit voluntas. Unde S. P. N. Benedictus, optimus ductorum fortunatissimus Patrum cap. 64. Regal. Sanct. de Præfide dicit: Studeat plus amari, quam timeri. Licet habeat ius potestatis, non habebit dominium dilectionis: ac invitit cordibus exhibitione obsequiorum, nullum habebit in potestate dominium: quapropter habens scemina sub potestate Adamus, adhuc constituit dominus; igitur perperam in potestate, placido gaudebit regimine; ni potius dominetur amore, quam potestate. Potestas, & potestatis dominatio iniungitur erga scemina viro. Amor est ex dominatione, timor verò ex potestate: & signatur meditanter auctoritas potestatis, & dominium dilectionis; quippe quàm ni accedat amor, aliquid est in subditis, quod non sibi icitur.

2 Principatus Christi à Paulo proponitur huiusmodi iare, & grata dominatione. In eo enim, quòd omnia ei (Pater) subiecit; nihil dimisit non subiectum ei. Qui dicit omnia, nihil excludit: ad quid igitur additur: Nihil non subiectum, si Filio cuncta subiecit? Quia plura subdita non sunt subiecta. Est ius potestatis, & etiam potestas amoris. Primum ubi timor: sed cum omnia vincat amor, & corda subditorum subdantur, quæ iure potestatis non subdita; per corda subdita omnimoda explicatur potentia: quoniam homines, quos subiecerat perfuso cruore, iterum acquisivisti suavitate. Omnia subiecit & amore, & potestate: si cor subditum, nihil ergo reliquit non subiectum.

Harpasa cautes qualiter

Claud.

Gen. 53. 16.

Nil pretiosum quod ab invito.

S. Benedict.

Amplius potestatis subiecit, quam potestatis.

Heb. 2. 8.

Omnia vincit amor.

Du.